

21  
Bd. 84

25  
B.R.

Ung VI 4


*Einzelne verzettelt*

*20. I. 1915.*

Observanda. Consors D. Georgii Michaelis Casai  
quoges erat Hungaria exul et postea tenetus nomine  
Bethera Deichlerin apud Johananam Elisabeth. comitem  
a Sigravitz burg Hofnsteinis ab initioq; Jesuitis ante tem-  
pus nuptiarum vero apud Terram am Pilatz ad finem  
seum in Gallia prope Magdeburgum Pafstrom, conno-  
rata pars eius erat Matthiae Deichley qui post  
multas sensuas Consularesque dignitates ad ordinem  
aliquae statu regni secundum que ribi Christiani Imperatoris  
post multas calamitas exortatione in partiam reduc-  
liberis et Montana ribi Bela Banus. D'elln pp.  
deceas factus. Hunc Casar duxit 1687. d. 18 Januarii  
Hemmoide Carmen quod alacionem a Matthia Cunlopori Hungaro  
i. quat. in Manusculo legum Hungariae in fine. Report. N. mod. I.  
II. Ipse Dns Georg Caspar Magister liberabit artium et Philo-  
sophiae creatrice anno 1681. ut ex Gratulatione ad pa-  
ret quam popularet ei auf concessant qd exponent  
in Volam III. Dicitur. Report. L. mod. 14. et qd in complemen-  
torum carminum 1605 Carmen 70. L. 11. et 72 ubi  
dictus Michaelis ab aljok Hung.

185

Virtutis cum Sapientia  
**CONNVBIVM,**  
Quod,  
**CLARISSIMO DOCTISSIMOQUE**  
**DOMINO**  
**FRIDERICO**  
**GUILIELMO**  
**BEERIO,**  
Cœtus scholastici,  
Pisonii, in Ludo A. C. litterario,  
**RECTORI PRUDENTI,**  
**S P O N S Æ**  
Virtutibus ornatæ,  
**LECTISSIMÆ, ET MODESTISSIMÆ**  
**DOMINÆ,**  
**ANNÆ ROSINÆ**  
**SARTORIÆ,**  
NATÆ SCHVLTZIÆ,  
**SPONSO FELICI,**  
Felix, & faustum cupiunt,  
**I P S O N V P T I A R V M**  
*Die V. Idus Novembris*  
A. O. R. M. DCCXXXIV.  
Amici Coniunctissimi gratulantur.



POSONII, Typis Joannis Pauli Royer.




**N**on poscit, ortus stemmate cœlico  
 Prudens, venustæ basia Cypridis,  
     Junonis aurum, regna, gemmas,  
     Vel thalamos rutilos Dianæ.  
 Fugit, quod obstat Palladis artibus,  
 Contentus arctis Castalidum choris,  
     Nymphas, amuos & fusiros,  
     Despicit ille leues iocosque.  
 Obstant honestis moribus, oscula,  
 Tæda salaces, fascina Cyprie,  
     Et verba, doctis, melle tintæ,  
     Sunt aconita, vafre Camillæ.  
 Subuertit astu, quam, sapientiam,  
 Laſciua pellex, femina turgida,  
     Fallax & ictu, blanda verbis,  
     Id Solymerophos indicauit.  
 Haud corruiſſent mœnia Teucria:  
 Ni raptæ, flammis, Phrygia femina  
     Sævillet, Artus, quis ligasset  
     Martis: amor Veneris potens ni?  
 Felix, scelestis qui procul ignibus,  
 Subactus ardet dum, sapientie  
     Flammis: pias inter Camenas  
     Delicias capit omniformes.  
 Non torquet illum, cura trabalium  
 Opum, nec arcti diffidium thori,  
     Honoris ampli non cupido,  
     Blanditiæ præſine Napæ.  
 Nec quererit effrons, ficedulas, scaros,  
 Glabris cululis, vinaque Massica,  
     Pascunt amicum, nunc oliuæ,  
     Nunc cicorea, leuesque maluæ.  
 Dispar Lacenæ connubium fugit,  
 Temnit superbum Cassiope. peplum,  
     Virtutis almac strata pofcens,  
     Pectoribus socianda doctis.  
 Connexa nodis est sapientia,  
 Virtutis arti. Neutraque fôdere,  
     Viuit iugali, fôspes, absque,  
     Nec sapiens sine sanctitate.      Hæc,

Hæc , iuncta diuis coniugio viris ,  
Viuens , ab æuo , pectora cœlitum  
Fouit , sophis & grata , primis  
In thalamis , pia iura scripsit .  
Sparsis , thoro sed fôspite , toxicis ,  
Astræa pernix ad superos reddit ,  
Odit caducas , æuternis ,  
Sedibus adseritur , beata .  
Cupis , sub isto climate , fors , sôphe !  
Virtutis artem quærere nobilem ?  
Terrena spernas , mente , celum ,  
Conuenias sapiente cœlum .  
Quæ non voluptas , mentibus infidet !  
Virtus alumnis gaudia quæ parit !  
Confert quietem , mella cordi ,  
Diuitias quoque sempiternas .  
Dotem peramplam cœlitus aduehit ,  
Quam , non auaris , Africa , non Arabs ,  
Recondit arcis : nam præaltis ,  
Promittit Angelicis thesauris .  
Propinat altrix , mellea nectaris ,  
Diuum , libat que pocula , colitum  
Genus . Nutritos & saturat ,  
Ambrosiis epulis amoris .  
Confert honores , lumina gloriæ ,  
Adpendit albis lampadibus poli .  
Refert in altas nomen auras ,  
Aethereo folio locandum .  
Istis nutritur deliciis amor :  
Virtus , amori fert sua pabula ,  
Honos , opum spes , & venustas ,  
Difficiant facile fidales .  
Sunt hæc thori , sunt , aurea secula ,  
Quem iunxit ardor , cum sapientia  
Virtutis . O fors ! o beata !  
In thalamis recubare iustis ,  
Si quasset atrox Africus , aethera ;  
Si fulminantis magna manus Jouis ;  
Si fractus illabatur orbis :  
Impavidum ferient ruinæ .  
Vivit beate , forte minutula .  
Contentus , audet spernere purpuram .  
Virtus , opes sunt , & coronæ ,  
Et saturans animum voluptas .  
**N**utrige Muñis Castalidum decus ,  
Præclare BERI ! quam TVA , dapibus  
Regalibus vel , vel coronis ,  
Fata , bonis opibusque præstant !  
Sacratus almæ , TV sapientiae ,  
Segrex ab aulæ culmine lubrico ,  
In litteratis , en palæstris !  
Dulcissimæ satur es quietis .

Non

Non TE retardant tetrica prælia  
Martis, choreæ, molliæ balsama,  
Nec spes inanes, nec nitore  
Marmoreo laqueata tecta.  
Fundunt tabellæ, gaudia centupla,  
Musæ relaxant vincula pectoris,  
Quantum bonum! quanta est voluptas!  
Exstatiare animum libellis.  
Quicquid sopherorum scrinia continent,  
Hoc BERII mens candida, doctaque,  
Et casta prudens, liberalis,  
Fertiliori penu referuat.  
Felicitatis culmen, vt altius  
Scandas, sereno flante Faunio:  
Virtutis austæ principatum,  
Sidere prospereo captas.  
Hoc fidus adflat, candida SCHVLTZIA,  
Virtute splendens, moribus integra,  
Solertia, cultu modesta,  
Fausta, TVVM subiens cubile.  
Non absque letis auspiciis, ea,  
Nec absque largo fænore, limina  
Attingit: adfert corde dotem,  
Cœlica, quam dederat, Camena.  
Ergo perenni fædere jungitor!  
Virtus amori, SCHVLTZIA, BERIO,  
Mens casta, menti permodesta,  
Et sapiens, animæ fideli.  
Quis non, amico pectori, BERIO,  
Sponsam modestam, dotis, & vberem,  
Optet? vel almas, quis Rosinæ,  
Ingenuum neget hunc maritum?  
Et quis, beatum connubium neget?  
Virtus virescens, quo copulabitur,  
Virtutis amori. Sequetur  
Prosperitatis odor perennis.  
Optant amici, Numine concio,  
Sponsis, salutis solstitium statum.  
Dies resurget luminosa;  
Præfigiunt referente forte.  
Regnabit, auditis ædibus, aequior  
Fortuna, casto fidere redditia.  
Sponsis, salutis, pax, spes fauebit,  
Et amor, & pietas ovabunt.  
Sit ergo, felix connubii dies,  
Sit blanda, concors, grata diutina.  
Sidus resulgescens serenet,  
Nec redeant gelidae tenebre.  
Dum vesper ægris artibus ingruet,  
Diffoluerunt, & membra sordoria:  
Virtus sodales dissolutos.  
In tumulo religet triumphans.





Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle  
006 310 079

3



WNA



185

Virtutis cum Sapientia  
**CONNVBIVM,**

Quod,  
**CLARISSIMO DOCTISSIMO QVE**

**DOMINO DERICO ILIELMO BEERIO,**

Cœtus scholaſtici,

Pifonii, in Ludo A. C. litterario,  
CTORI PRVDENTI,

**S P O N S Æ**

Virtutibus ornatæ,  
MÆ, ET MODESTISSIMÆ  
DOMINÆ,

**JÆ ROSINÆ R T O R I Æ,**

S T Æ S C H V L T Z I Æ,

**ONSO FELICI,**


ix, & faustum cupiunt,

**N V P T I A R V M**

Die V. Idus Nouembris

O. R. M. DCCXXXIV.

Coniunctissimi gratulantur.



POSONII, Typis Joannis Pauli Royer.